

Rara 1502





SVCCINCTA DESCRIPTIO

O S S I U M

& T

M U S C U L O R U M

CORPORIS HVMANI

AC HORVM PRAECIPVE

QVI IN SVPERFICIE CORPORIS SVNT OBVII

METHODO IDONEA TABELLARI

CONCINNATA

CHRISTIANO THEOPHILO HOFMANN

MEDIC. DOCT. ANATOMIAE ET CHIRVrgIAE PROFESS. PVBL. ORD. IN VNIVERSITATE ALTORFINA ET IBID. POLIATRO, ACADEMIAE IMPERIAL. NAT. CVRIOS. ET ELECTORAL. MOGVNT. SCIENTIAR. COLLEGA.

Cum XIX. Tabulis aeneis.

Kurze Beschreibung

der Knochen und Muskeln

des menschlichen Körpers

und zwar letzterer vornemlich

welche sich auf der Oberfläche des Leibes befinden,

in schicklicher Tabellen-Form

verfasset

VON

Christian Gottlieb Hofmann

der Arzneikunst Doktor, der Zergliederungs- und Wundarzneikunst öffentl. ordentl. Lehrer der Universität Altorf, und Stadt-Physikus daselbst, der kais. Academie der Naturforscher und der kurfürstl. Mainzischen Academie der Wissenschaften Mitglied.

Mit 19. Kupfertafeln.



Nürnberg,

zu finden in der Adam Ludwig Wirsingischen Kunsthandlung. 1783.

27 023401

Univ.-bibl.
Gießen



Quinquaginta hoc ipso tempore elapsi sunt anni, cum Norimbergae opus quoddam anatomicum, sequenti titulo, in publicum ederetur: *Kurtzer Begriff der Anatomie, worinnen hauptsächlich die nöthigsten Stücke der Osteologie und Myologie in XIX. Kupfer Tabellen enthalten, welche zugleich die Gebeine des menschlichen Körpers, wie solche unter denen Müßlein in ihrem natürlichen Lager sich befinden, nach einer noch niemals auf gleiche Art heraus gegebene Invention vorstellen. Allen Liebhabern dieser Edlen Wissenschaft zum Nutz und Dienst auf das accurateste und mit größtem Fleiß nach der Natur und dazu praeparirten subiectis gezeichnet, in Kupfer gebracht und nebst einer Vorrede Herrn D. Christoph Jacob Treu, bey der Stadt Nürnberg Physici ordinarii und der Zeit Anatomici. Heraus gegeben von Johann Adam Delsenbach. Nürnberg in Verlag des Authoris, Anno 1733. Gedruckt bey Lorenz Bieling. in Folio.*

Opus hoc, quantum ex praefatione cognoscere licet, non artis medicae et chirurgicae tironibus tantum fuit dicatum, sed auctori anonymus illud etiam artificibus simul, ut pictoribus et statuariis, utile esse voluit. His rationibus ductus, praeter ossa, eos tantummodo musculos, quos corporis superficies nobis ostendit, quorumque motus vel maxime incurrunt in oculos, dedit delineatos; in eo tamen ultra modum verecundus, quoniam membra pudenda oculis visuique occultavit.

Vtrum scopum sibi propositum, quoad artifices, feliciter fuerit consecutus, equidem divinare nolum; interim tamen semper aliqua saltem utilitas ex hoc libro in tirones redundare potuit, quanquam et osteologiae et myologiae explicatio vix ultra duas plagulas procurrebat, quia illius nuda tantum steriliaque nomina, multis praeterea erroneis descriptionibus deformata, lectoribus propinabat.

Insuper crebra illius coemtio utilitatis veluti vadimonium praestitit, cum in ipsam Russiam totumque Belgium frequenter transmitteretur, quo factum est, ut ex aliquo tempore emturis nulla illius

Vor fünfzig Jahren erschien in Nürnberg ein anatomisches Werk, unter folgenden Titel: *Kurtzer Begriff der Anatomie, worinnen hauptsächlich die nöthigsten Stücke der Osteologie und Myologie in XIX. Kupfer Tabellen enthalten, welche zugleich die Gebeine des menschlichen Körpers, wie solche unter denen Müßlein in ihrem natürlichen Lager sich befinden, nach einer noch niemals auf gleiche Art heraus gegebene Invention vorstellen. Allen Liebhabern dieser Edlen Wissenschaft zum Nutz und Dienst auf das accurateste und mit größtem Fleiß nach der Natur und dazu praeparirten subiectis gezeichnet, in Kupfer gebracht und nebst einer Vorrede Herrn D. Christoph Jacob Treu, bey der Stadt Nürnberg Physici ordinarii und der Zeit Anatomici. Heraus gegeben von Johann Adam Delsenbach. Nürnberg, in Verlag des Authoris, Anno 1733. Gedruckt bey Lorenz Bieling. in Folio.*

Dieses Werk war, nach der Vorrede zu urtheilen, nicht allein für Lehrlinge der Arznei- und Wundarzneikunst bestimmt; sondern der ungenannte Verfasser wolte solches auch zugleich für Künstler, als Mahler und Bildhauer, interessant und nützlich machen. Aus dieser Ursache zeichnete er, außer den Knochen, nur jene Muskeln, die an der Oberfläche des Körpers liegen, und bei ihrer Bewegung ins Gesicht fallen; gebrauchte auch dabei die übertriebene Delikatesse, die Geburtscheile zu verdecken.

Wie weit diese Absicht, besonders was die Künstler betrifft, erreicht worden, kann ich nicht sagen; doch konnten Anfänger in der Anatomie und Chirurgie immer einigen Nutzen aus diesem Buche schöpfen, ohnerachtet der zur ganzen Osteologie und Myologie gehörige Text, weil ersterer nur die bloßen trocknen Namen enthielt, nur etwas weniges über zwei Bogen betrug, die noch überdem mit vielerlei unrichtigen Beschreibungen verstellt waren.

Auch der Abgang des Werkes scheint seine Brauchbarkeit zu bekräftigen. Es wurde, besonders nach Rußland und Holland, stark verlangt, und hat sich schon vor geraumer Zeit völlig vergriffen. Daher

illius fuerit copia. Hinc Dn. Adam Ludov. Wirsing, Chalcographus Norimbergensis fama satis celebris, et legitimus huius operis iam possessor, (quique de promovendis artibus, id quod lectissima historiae naturalis opera splendida, luci publicae ab ipso exposita, apprime testantur) a me petit, ut has icones nova eaque pleniori descriptione adumbrarem, ipsasque tabulas, quantum fieri posset, emendatiores redderem.

Vtrumque pro virium modulo efficere studui, ita quidem, ut quod ossa attinet, *Boehmerum* et *Winslowium*, quoad musculos autem *Albinum* et *Sandisfortium* auctores sequerem.

Ipsae quidem tabulae et a me et a Dn. Wirsing, cuius sumtibus opus est impressum, omni opera emendatae sunt, ut naturae magis, quam antea, fierent consentaneae, id quod cuius, easdem cum prioribus conferenti, abunde patebit. Vt autem utilitati adderetur aliquid insuper, dedi etiam operam, ut tabulae, coloribus pictae ipsi naturae, quantum fieri potuit, responderent, et volentibus ita exhiberentur. Interim tamen nec illud inficiabor, musculorum partes aliquas pro grandiori chartae forma sisti potuisse magis exactiores. Nihilo minus mihi est persuasum, tironibus, ad quos potissimum respicimus, operam nostram esse profuturam. Quodsi evenerit, volente Deo, alio forte tempore ad reliquas scientiae anatomicae partes, eadem methodo explanandas, accedam.

Vt omnia autem uno quasi intuitu comparerent, explicationibus formam, ut dicunt, tabellarem conciliavi, et de ossibus pariter ac musculis scitu maxime necessaria, exterorum gratia utraque lingua, in medium protuli.

Ceterum, pro argumenti ratione, stilo usus sum simplici, elegantiae studiose operoseque quaesitae, quae oratoribus sit relicta, plane incurius.

Quodsi igitur operis nostri argumentum vel aliqua saltem ex parte assequatur scripta praestantissima ac notissima, *Herziorum* de institutionibus, *Metzgerorum*, *Platnerorum*, *Ploucquetorum* de physiologia, *Vnzerorum* de pathologia, *Loesbeckiorum* de materia medica, *Macqueriorum* et *Crelliorum* de chimia, *Seberforum* et *Hassiorum* de pharmacia, *Tissotum*, *Osterdingerorum*, *Thebenorum*, *Roseenorum*, *Mellinorum* cet. de therapia; voti mei omnino me viderem compotem, et lectorum assensum non magis, quam crebram huius operis efflagitationem, eo certius auguraturus forem, quo equiori pretio utraque illius exempla emtoribus prostant. Dabam Altorfii d. I. Aug. 1783.

Daher ersuchte mich der dormalige Besitzer des Verlags, Herr Adam Ludwig Wirsing, ein berühmter Kupferstecher und Kunsthändler in Nürnberg, (Dem es überhaupt um das Aufnehmen jeder Kunst zu thun ist, wie sein ausgesuchter Verlag der kostbarsten, besonders in Naturhistorie einschlagenden Werke hinlänglich beweist,) eine neue und vollständigere Beschreibung über die Kupfertafeln zu machen, solche selbst auch wo möglich zu verbessern.

Beides habe ich nach allen Kräften zu erfüllen gesucht, und habe, was die Knochen betrifft, besonders Böhmer und Winslow, was die Muskeln betrifft, Albin und Sandisfort zum Grund gelegt.

Mit den Kupfertafeln selbst habe ich mir sowohl als auch Herr Wirsing als Verleger, alle Mühe gegeben, um sie der Natur angemessener zu machen, als sie vorher waren, wie jedermann sehen kann, der sie gegen die alten hält. Um dieses auch noch auf eine andere Art zu bewirken, und das Werk dadurch brauchbarer zu machen, habe ich gesorgt, daß auch sämtliche Tafeln nun nach der Natur illuminirt zu haben sind. Nach der Größe des Formats könnten jedoch einige Theile, besonders in den Muskeln, bestimmter ausgedrückt seyn. Nichts desto weniger hoffe und überzeuge ich mich doch, daß Anfänger, für die das Werk zunächst bestimmt ist, sich desselben mit Nutzen bedienen werden. Und es wird auf das Urtheil des Publikums ankommen, ob ich es wagen dürfe, mit der Zeit auch die übrigen Theile der Anatomie auf ähnliche Art zu bearbeiten.

Um jeden Gegenstand desto leichter übersehen zu können, habe ich die Erklärung durchaus in Tabellarform eingekleidet, und von Knochen sowohl als Muskeln, das, was zu wissen am nöthigsten ist, und um der Ausländer willen die lateinische Uebersetzung, beigelegt.

Die Popularität war bei Abfassung dieser Bogen mein Hauptzweck, daher ich auch mit Fleiß allen Redner-Prunk im lateinischen und deutschen Vortrag sorgfältig vermieden habe.

Solte dieses Buch in seiner Art nur einigermaßen das leisten, was ein Herz in Absicht der Institutionen, ein Metzger, Platner und Ploucquet in der Physiologie, ein Unzer in der Pathologie, ein Löfke in der medicinischen Materie, ein Macquer und Crell in der Chemie, ein Scherf und Hassé in der Pharmacie, ein Tissot, Osterdinger, Theden, Roseen, Mellin, u. a. m. in der Heilkunst gethan haben; so wäre meine Absicht völlig erreicht, und ich würde mir den Beifall der Leser, und dem Herrn Verleger einen glücklichen Verschluß um so mehr versprechen können, da sowohl illuminirte als unilluminirte Exemplare für sehr billige Preise zu haben sind. Geschrieben zu Altorf, den 1. Aug. 1783.



De ossibus generatim.

Ad horum proprietates generales discendas, sequentia veniunt annotanda:

Definitio ossis: est pars corporis durissima omnique sensus experta.

Figura externa: licet diversissima, commode tamen dividenda in ossa fistulosa, plana seu lata et spongiosa.

Figura interna seu structura: fistulosa seu teretia seu cylindracea in medio habent cavitatem proportionate amplam, medulla repletam, in ambitu autem solide est compacta; ossa plana ordinarie parvis gaudent foveolis seu cellulis inter se tamen conspirantibus, externe autem aequae compacta; spongiosa tandem omnino sunt cellulosa seu porosa, extus lamella tenui ossa cincta, unde ad frangendum valde sunt proclivia.

Substantia: chemice examinata aqueas, salinas, oleosas, terreasque largitur particulas; anatomico considerata visuntur fibrae peculiariae seu lamellae osseae sibi invicem incumbentes; quo propius firmissusque haec inter se cohaerent, eo durius sit os. Praesentia harum lamellarum in ossibus sanis non solum visu cognoscitur, sed in corruptis quoque per exfoliationem intelligitur *).

Genesis ossium seu osteogenia: primum habent naturam gelatinosi principii, progressu autem temporis in membranas successively et quasi cartilagineas degenerantis (ratione quidem cohaesionis), tandemque partium succi ossei terreorum archiori nexu in genuina ossa transeuntis. Haec ossificatio ut plurimum a centro incipit **).

Divisio: in quolibet osse pars media seu corpus, Diaphysis quoque dicta, ubi punctum ossificationis, et extremitates eius considerantur.

Eminentiae externae: quae vel ut continuationes ossis ipsius eiusque verae substantiae apparent, et supra ossis faciem, quasi ramus ex arboris trunco, extenduntur, et vocantur apophyses, processus, productiones, protuberantiae, etc. vel ossibus adhaerent mediante cartilagine, quare non partes ossis continuae sed tantum contiguae sunt; eiusmodi eminentia vocatur epiphysis, adnascencia, appendix, etc.

Membrana illa omnia ossa externe vestiens, exceptis dentibus, in quantum supra gingivas eminent, periostium externum;

* Hierüber ist nachzusehen: Joh. Ludw. Petit's Abhandlung von den Krankheiten der Knochen am menschlichen Leibe. Berlin 1725. 8. mit Kupf. 2. Theile. Joh. Friedr. Wölkner's Abhandl. von den Krankh. der Knochen, Knorpel und Sehnen. Dessau 1781. 8. mit Kupf. 1. Theil.

** Robert Vesbitt's Osteogenie, oder Abhandlung von Erzeugung der Knochen im menschl. Körper. Altona 1753. 4. mit Kupf.

Von den Knochen überhaupt.

Um die allgemeinen Eigenschaften derselben kennen zu lernen, bemerke man folgendes:

Beschreibung des Knochens: er ist der härteste Theil am ganzen Körper und dabei völlig unempfindlich.

Außerliche Gestalt: ist sehr verschieden, doch kann man sie sogleich eintheilen in Köpferknochen, platte oder flache, und schwammichte Knochen.

Innerliche Gestalt: die Köpferknochen, die man auch runde oder walzenförmige nennt, haben in ihrer Mitte eine verhältnismäßig große Höle, worinnen das Knochenmark besündlich ist, ihr äußerer Umfang aber ist sehr fest; die flachen Knochen haben gewöhnlich nur kleine Hölen oder Fächer, die jedoch unter einander zusammenhängen, äußerlich aber gleichfalls fest sind; die schwammichten endlich sind durchaus falsch fest sind; die schwammichten endlich sind durchaus falsch fest sind; die schwammichten endlich sind durchaus falsch fest sind; die schwammichten endlich sind durchaus falsch fest sind.

Substanz: chemisch untersucht, findet man Wasser, Salz, Oehl und Erde; anatomisch betrachtet, sieht man, daß besondre Fasern oder Knochenblätchen auf einander liegen; je näher und fester diese beisammen sind, desto härter wird dadurch der Knochen. Daß diese Knochenblätchen wirklich vorhanden sind, sieht man nicht allein an gesunden Knochen, sondern auch in verschiedenen Krankheiten derselben, besonders bei der Ablöserung *).

Erzeugung der Knochen: sie bestehen anfänglich aus einem gallertartigen Wesen, das sich nach und nach in Häute und Knorpel verwandelt, und endlich, indem die Erdtheile des Knochenstoffes näher an einander kommen, erst in wahre Knochen übergeht. Gewöhnlich geschieht die Verknocherung in der Mitte des Knochens zuerst **).

Einteilung: an jedem Knochen kann man den mittleren Theil oder den Körper wo die Verknocherung zuerst geschieht, und seine äußern Endigungen betrachten.

Außerliche Erhabenheiten: diese sind entweder als fortgehende Theile des Knochens und seiner Substanz anzusehen, und gehen über die Fläche des Knochens heraus, gleichsam als ein Ast vom Stamm eines Baums, man nennt dergleichen Fortsatz, Auswachs etc.; oder sie hängen bloß an dem Knochen mittelst eines Knorpels, sind also nicht als fortlaufende sondern bloß als anhängende Theile des Knochens anzusehen, man nennt solche Ansatz oder Anwachs.

Die Haut die jeden Knochen außer den sichtbaren Theil der Zähne äußerlich umgiebt, heißt die äußere Knochenhaut; die

ternum; quae cavitates internas obducit, *periostium* vocatur *interium* sive membrana medullaris. Ambae haec tunicae sensu acutissimo sunt praeditae.

Medulla est substantia pinguis et fluida, in cavitatibus cellulisque ossium diploëticis secreta, ossibus tenacitatem concilians, et a facili fragilitate illa defendens.

Ligamenta plurima neunt ossa, et nihil aliud sunt, quam membranæ robustae et elasticae. Figura sunt admodum diuersa usuque diversissimo, unde et varia acceperunt nomina; Winslovius in tractatu de ossibus recentibus dividit ligamenta in articularia, capsularia, orbicularia, annularia, etc. Penitorem qui desiderat huius obiecti cognitionem, evolvat Weitbrechtii Syndesmologiam.

Cartilagine ossibus ut plurimum adhaerent, colore albicantes, admodum flexiles, magisque ossibus ipsis elasticae. Variam eamque insignem praestant utilitatem, imprimis autem articulationi membrorum et flexibilitati corporis famulantur.

Numerus ossium aegerrime definiendus, ut plurimum tamen circiter a biscentum et quinquaginta usque ad sexaginta computatur.

Vnus ossium: fulcra corporis sunt, quibus omnes aliae partes vel mediato vel immediato nexu iunguntur, partes nobiles molliores defendunt, robori inserviunt, generatim constantem debitamque corpori praestant firmitatem.

De skeleto hominis eiusque divisione.

Si ossa a partibus adhaerentibus rite liberata et exsiccata eadem ratione invicem combinantur, prouti in vivis esse solent, vocatur tunc haec coniunctio *Syntaxis ossium*, vulgo *skeleton*. Si ossa mediantibus propriis et quasi inquilinis ligamentis continentur, *skeleton naturale* appellant; quod si autem alio modo compaginantur, cui rei praecipue fila aenea et ferrum inserviunt, tunc *skeleton artificiale* vocant. Haec skeletonum duae species tam ex adultorum, quam ex infantum imo embryonum ossibus extrui possunt, quae, quum maxime inter se differant, accuratam diligentemque sane merentur contemplationem, si completam osteologiae cognitionem acquirere volumus. Et skeletonum a gibbosis et morbois subiectis depromptorum, imo diversorum animalium perlustratio amplificat augetque ossium cognitionem *).

Dividitur communissime skeleton in tres partes, nempe in caput, truncum et extremitates sive artus.

I. Caput, sub quo comprehenditur omne id, quod supremae colli vertebrae insitit, si iusta gaudet conformatione, figuram obtinet oblonge globosam, ovalem, ab anteriorio-

die dessen Hölen innerlich auskleidet, die **innere Knochenhaut** oder **Markhaut**. Beide sind äußerst empfindlich.

Das **Mark** ist eine fette flüssige Substanz, die in den großen und kleinern Hölen der Knochen abgetrennt wird, um die Knochen geschmeidig zu erhalten, und deren leichtes Zerbrechen zu verhüten.

Die **Bänder** verbinden die meisten Knochen mit einander, und sind nichts anders als dauerhafte elastische Häute. Sie haben sehr verschiedene Namen; Winslow theilt sie in seiner Abhandlung von frischen Knochen ein in Gelenkbänder, Capselsbänder, kreisrunde, ringförmige, u. s. w. Am ausführlichsten behandelt diesen Gegenstand Weitbrecht in seiner Abhandlung von den Bändern.

Die **Knorpel** hängen gewöhnlich mit den Knochen zusammen, und sind weiß von Farbe, sehr biegsam und weit mehr elastisch als die Knochen. Sie leisten vielerlei wichtigen Nutzen, besonders aber erleichtern sie die Bewegung der Glieder, und befördern die Biegsamkeit des Körpers.

Die Anzahl der Knochen ist sehr schwer zu bestimmen, doch wird solche gemeinlich beiläufig auf 250. bis 260. geschätzt.

Nutzen der Knochen: sie sind die Stütze des Körpers, woran sich alle andre Theile theils mittelbar theils unmittelbar befestigen, beschützen viel edle Theile, dienen zur Stärke, und geben überhaupt dem Körper die gehörige Festigkeit.

Vom Skelet und dessen Eintheilung.

Wenn die gereinigten und ausgetrockneten Knochen eines Körpers auf die nemliche Art wieder mit einander in Verbindung gebracht werden, wie sie im Leben waren, so nennt man dieses ein **Geripp**, gewöhnlich ein **Skelet**. Sind die Knochen noch durch ihre natürlichen Bänder verbunden, so heißt es ein **natürliches Geripp**; sind sie hingegen durch andre Verbindungsmittel untereinander vereinigt, wozu man sich gewöhnlich des Drahts und einer Kiste zu bedienen pflegt, so heißt ein **künstliches Geripp**. Diese zweierlei Arten von Gerippen können sowohl von erwachsenen Personen als auch von Kindern, ja von Ungeborenen gemacht werden, welche alle, da sie unter sich sehr verschieden sind, eine genaue und aufmerksame Betrachtung verdienen, wenn man eine vollständige Kenntnis der Knochenlehre zu bekommen wünscht. Auch die Betrachtung der Skelette von kränklichen und kränklichen Menschen, ja sogar die Skelette verschiedner Thiere erweitern und befördern die Knochenkenntnis *).

Jedes Skelet nun pflegt man gemeinlich in drei Theile zu theilen, nemlich in den Kopf, den Rumpf oder Stamm, und in die äußersten Theile oder Gliedmaßen.

I. der Kopf, worunter man alles dasjenige versteht, was auf dem obersten Halswirbelbein sitzt, hat wenn er gehörig gestaltet ist eine längliche oder eyrunde Figur, die sich von

*) Joh. Dan. Meyers Vorstellungen allerlei Thiere mit ihren Gerippen. Nürnberg 1752. Fol. 3. Theile.

terioribus ad posteriora tendentem si a latere (ut Tab. V. fig. 1. et 6.); pari quoque modo si ab anterioribus spectatur, figuram ovi perpendiculariter erecti habet (ut Tab. eadem fig. 4.); dividi potest

A. in partem superiorem seu cranium, quodque calvaria appellatur, et magnam format cavitatem, cerebrum ipsum, cerebellum et origines nervorum includentem. Ob multifarios autem usus theca seu compages haec ossa non ex uno osse sed ex pluribus componitur fragmentis, quae plus minusve ad eius complementum conferunt. Sunt autem sequentia octo, ut 1. os frontis, 2. 3. duo lateralia, 4. 5. duo temporalia, 6. occipitale, 7. cuneiforme et 8. cribriforme.

B. in partem anteriorem seu faciem, duas maxillas, superiorem puta et inferiorem continentem; superior immobilis sequentia tredecim ossa distincta complectitur, nempe a. duo ossa nasalia, b. duo ossa faciei, sive maxillaria superiora stricte sic dicta, c. duo ossa iugalia, d. duo ossa spongiosa inferiora, e. duo palatina, f. duo lacrimalia et g. os vomeris.

Maxilla inferior mobilis in adultis ex uno osse continuo constat, in infantibus vere in medio funditur.

In ipso insuper oris cavo partim dentes annotandi sunt, quorum numerus, si completus fuerit, triginta duo esse solet, partim os linguale, quod, licet in iunioribus ex frustulis componatur pluribus, in senibus tamen in unum os concrevit.

Hic quoque mentio iniicienda est cavitatis illius circa inferiorem et anteriorem ossis temporum partem occurrentis, in quarum qualibet quatuor distincta officula, auditui inservientia, custodiuntur; vocantur malleus, incus, os orbiculare, ceu totius corporis minimum, et stapes.

Locum ubi duo plurave coeunt ossa, aut sibi invicem incumbunt, futuram nominant; et quidem in priori casu veram, in posteriori spuriam seu squamosam. Haec ossium conglutinatio amplam praestat utilitatem, et tantummodo in capite locum obtinet.

II. Truncus, ceu altera sceleti pars, continet generatim spinam dorsi, costas veras et spurias, sternum et sic dictam pelvim, quae omnia sunt ossa admodum spongiosa.

Spina dorsi involvit sequentia inter se invicem plus minusve mobilia ossa, ut septem vertebrae colli, duodecim dorsi, quinque lumborum, os sacrum et coccygis.

Costae, quae interventu cartilaginis proprii sterni immediate iunguntur, verae nominantur, quarum in quovis latere septem sunt; quinque autem inferiores, sternum non

von vorne nach hinten erstreckt, wenn man ihn von der Seite betrachtet (Tab. V. fig. 1. 6.); man mag ihn aber auch von vorne ansehen, so wird gleichfalls dessen Gestalt von oben nach unten auf gewisse Art als ein stehendes Eß erscheinen, wie auf der nemlichen (Tab. fig. 4.). Man theilt ihn ein:

A. in den obern Theil oder Hirnschedel, der inwendig eine große Höle bildet, in welcher das große und kleine Gehirn und der Ursprung der Nerven enthalten ist. Wegen mancherlei wichtigen Nutzen besteht aber diese Höle nicht aus einem einzigen Knochen, sondern folgende acht Stücke tragen mehr oder weniger zur Zusammensetzung derselben bei, als nemlich 1. das Stirnbein, 2. 3. die beiden Seitenbeine, 4. 5. die beiden Schlafbeine, 6. das Hinterhauptbein, 7. das Keilbein, und 8. das Siebbein.

B. in den vordern Theil oder das Gesicht, welches die beiden Kinbakken in sich begreift, wovon der Obere wieder folgende 13. Knochenstücke in sich schließt, nemlich a. zwei Nasenknochen, b. zwei Gesichtsknochen, oder im eigentlichen Wortverstand obere Kinbakkenknochen, c. zwei Jochbeine, d. die beiden untern schwammichten Beine, e. zwei Gauenbeine, f. zwei Thränenbeinchen und g. das Pflugschabein.

Der untere Kinbakken besteht bei erwachsenen Personen aus einem einzigen Knochen, bei Kindern aber ist er in der Mitte gespalten.

In der Höle des Mundes selbst sind noch überdem theils die Zähne zu bemerken, deren 32. zu seyn pflegen, wenn sie alle vorhanden sind, und theils das Zungenbein, das zwar bei jüngern Personen aus mehreren Stücken besteht, bei Alten aber in ein Einziges verwachsen ist.

Nächst dem mus auch noch hier betrachtet werden die in dem untern und inwendigen Theil des Schlafbeins befindliche Höhlung des Ohres, in deren jeder vier besondere kleine Beinchen verborgen liegen, die zum Gehör erforderlich sind; sie heißen der Hammer, der Ambos, das runde Beinchen, als das kleinste am ganzen menschlichen Körper, und der Streigbügel.

Den Ort wo zwei oder mehrere Knochen zusammenstossen, oder auf einander liegen, nennt man eine Naht; und zwar im ersten Fall eine wahre, im letzten aber eine falsche oder schupichte Naht. Diese Art der Knochenvereinigung leistet großen und vielfachen Nutzen, und findet nur am Kopf statt.

II. Der Rumpf oder Stamm, als der andre Theil eines Skelets besteht überhaupt aus dem Rückgrad, den wahren und falschen Rippen; dem Brustbein, und dem sogenannten Becken; alles sehr schwammichten Knochen.

Zum Rückgrad werden folgende Knochen gezählt, die alle unter einander theils mehr, theils weniger beweglich sind, als sieben Halswirbelbeine, zwölf Rücken- und fünf Lendenwirbelbeine, das heilige Bein und das Schwanzbein.

Die Rippen welche vermöge ihres eignen Knorpels unmittelbar an das Brustbein stossen, heißen wahre, und sind auf jeder Seite deren sieben; die fünf untern erreichen das Brust-

non attingentes et cartilaginibus suis abdominalibus musculis inhaerentes, spuriarum nomine insigniuntur.

Sternum ordinarie componitur ex tribus distinctis frustis, quae tamen non raro, imprimis in senibus, in unum continuum coalescunt. Si tres adsunt partes, superior scutum seu manubrium, media corpus sterni et inferior pars cartilaginea mucronata, seu ensiformis, seu xiphoides appellatur, quae saepius tota ossa imo nonnunquam bifurcata apparet. Veteres haec nomina ideo imposuerunt sterno, quia cum pugionis vel gladioli figura aliquo modo convenit.

Pelvis basin quasi reliquorum trunci ossium constituit, extremitatesque simul inferiores trunco adiungit. Componitur autem, praeter os sacrum, cui proprie spina dorsi insidit, ex ossibus innominatis, quorum in adultis duo adsunt, quae singula in infantibus iterum ex tribus constant partibus distinctis, superior eaque maxima portio ileum seu os coxae, inferior simulque posterior ischium, anterior autem os pubis seu pectinis salutatur.

III. Notissima est res, per artus corporis intelligi brachia et pedes. Illa artus superiores, hi inferiores audiunt. Superiorum quodvis sub se comprehendit claviculam, scapulam, humerum, antibrachium ex radio et ulna constans, manumque extremam, ex carpo, metacarpo et digitis fabricadam.

Carpum constituunt octo ossa parva admodum inaequalia et irregularia, in duos ordines disposita. Ordo superior extremo inferiori antibrachii appositus; inferior metatarsum respicit. Prioris ordinis ossa sunt 1. os naviculare, seu scaphoides, seu cottoyloideum, 2. lunare seu lunatum, 3. triquetrum seu cuneiforme, et 4. pisiforme, seu orbiculare seu lenticulare. Posterioris sunt 5. multangulum maius, seu trapezium, seu rhomboides, 6. pyramidale seu multangulum minus, seu trapezoides, 7. magnum, seu capitatum, et 8. unciforme seu hamatum.

Metacarpi quatuor ossa, ob maiorem, quam inter se alunt analogiam, non propriis insigniuntur nominibus, sed tantum magnitudine, quae a primo digito incipiendo versus minimum nonnihil decrevit, adeoque solis numeris discernuntur.

Quilibet digitorum tria habet distincta ossa, in tres phalanges seu ordines divisa, quorum ille, qui metatarsum versus spectat, longissimis robustissimisque gaudet ossibus, duo reliqui proportionate gracilescent.

Ad extremitates inferiores seu totius trunci fulcra nunc descendamus, quibus adnumerantur ossa femoris, patellae genuum, tibiae cum fibulis et pedes extremi, qui fere ut in manibus, in tarsum, metatarsum et digitos pedis distinguuntur.

Brustbein nicht völlig, sondern verlieren sich in den Unterleibsmuskeln, und werden deswegen falsche genannt.

Das Brustbein besteht gewöhnlich aus drei abgesonderten Stücken, die doch zuweilen, besonders bei sehr alten Personen, in ein Einziges zusammenwachsen. Wenn drei verschiedene Stücke zugegen sind, so nennt man das Oberste den Schild oder Handgriff, das Mittlere den Körper, und das Untere zugespitzte den schwebelförmigen Knorpel, der aber öfters ganz verknochert ist, und zuweilen zwei Spitzen hat. Diese Benennungen sind daher entstanden, weil man ehemals zwischen dem Brustbein und einem Dolch große Ähnlichkeit wahrzunehmen glaubte.

Das Becken nun dient zur Grundlage aller Knochen des Stammes, und verbindet zugleich mit diesen die untern Gliedmaßen. Es besteht aber außer dem heiligen Bein, worauf eigentlich das Rückgrad ruhet, auch noch aus den ungenannten Becken, deren bei Erwachsenen nur zwei sind, obgleich bei Kindern jedes wiederum aus drei unterschiedenen Stücken zusammengesetzt ist, da denn der obere und größere Theil das Darmbein oder Hüftbein, der untere und hintere das Weichbein oder Gesäßbein, der vordere aber das Schos- oder Schambein genannt wird.

III. Unter den Gliedmaßen versteht man wie bekannt die Arme und Füße. Jene werden die Obern, diese die Untern genannt. Jedes der Obern begreift in sich das Schlüsselbein, Schulterblatt, Oberarmknochen, den Vorderarm, der aus dem Ellenbogenknochen nebst dem Spindelknochen besteht, und die Hand, die wiederum in die Handwurzel, die Mittelhand und die Finger eingetheilt wird.

Die Handwurzel wird von acht kleinen und unebenen Knochen gebildet, die in zwei Reihen stehen. Die obere Reihe schließt sich an den untern Theil der Vorderarmknochen an, die untere hingegen steht nach den Knochen der Mittelhand. Jener ihre Knochen heißen 1. das schifförmige Bein, 2. das halbmundförmige, 3. das keilförmige und 4. das erbsenförmige. Dieser ihre sind 5. das ungleichvierseitige, oder Fischbein, 6. das pyramidenförmige oder kleine Fischbein, 7. das große oder köpfichte, und 8. das hakenförmige Bein.

Die Mittelhand hat vier Beine, die wegen ihrer mehrern Ähnlichkeit keine besondere Namen haben, sondern nur durch ihre Größe, die vom ersten Finger bis zum kleinsten immer um etwas weniger abnimmt, und durch die bloße Zahl unterschieden werden.

Von den sämtlichen Fingern hat jeder drei besondere Knochen, die man in drei Reihen oder Ordnungen eintheilt, wovon diejenige, die an die Mittelhandknochen anstößt, die längsten und stärksten hat, die übrigen beiden aber verhältnismäßig kürzer und dünner werden.

Wir kommen nun zu den untern Gliedmaßen, als den Stützen worauf der ganze Körper ruhet, zu welchen gezählt werden das Schenkelbein, die Kniescheibe, das Schienbein nebst dem Wadenbein und der Fuß, welcher wie wir bei der Hand gesehen, in die Fußwurzel, Mittelfuß und Fußzehen eingetheilt wird.

Tarsus

Die

Tarsus septem formatur ossibus, arctissime quidem, sed non eodem ordine, ut in carpo, cohaerentibus.

Nominantur 1. astragalus, seu talus, 2. Calcaneum, 3. os naviculare, 4. cuboideum, 5. cuneiforme magnum internum, 6. cuneiforme medium, et 7. cuneiforme externum.

Metatarsus quinque instructus ossibus, quae quoad structuram et figuram reliquis ossibus fistulosis haud dissimilia sunt, unum quodvis horum digitum pedis suffulcit.

Digiti quinque pedis quatuordecim habent ossa distincta, quilibet tribus ossibus componitur, excepto pollice, ex duobus tantum constante.

De ossiculis sesamoideis ut et de ossium coniunctione infra notatu praecipue digna commemorabuntur.

Ceterum tirones ex sequentibus scriptis ubiorem notitiam consecuturi sunt *); Qui autem ad huius scientiae ampliore cognitionem aspirare cupit, latinaeque linguae est gnarus, illi commendanda sunt egregia opera sequentia, at sumtuosa **).

De ossibus speciatim.

Progrediar ad singulorum ossium considerationem, et ordinem iam receptum sequar, capitique ossa primum describam, ea tantummodo suppeditando, quae magni momenti et artis anatomicae tironibus scitu maxime sunt necessaria.

Os frontis.

Nomina varia: os frontale, sincipitis.

Situs: in anteriore cranii parte, quam frontem appellant (Tab. V. fig. 1. 2. 4. 5. 6. A.).

Figura: in superiore parte quasi semicircularis, in inferiore magis plana horizontalis, et diversae crassitiei.

Divisio: in adultis ut plurimum constituit unicum os; in infantibus contra, mediante sic dicta fontanella (Tab. V. fig. 2. a.), in medio finditur, fere ad nasum usque; in senibus autem obliteratur ita, ut rarissime vestigium divisionis maneat (Tab. V. fig. 2. b.).

Facies: externa superficies perpolita convexa, interna concava est; suprema pars infantibus fontanella, adultis summus vertex vocatur; pars inferior interna ad basin cranii,

Die Fußwurzel besteht aus sieben Knochen, die ganz dicht beisammen aber nicht in solchen Reihen liegen, als wie jene in der Handwurzel.

Sie heißen 1. das Sprungbein, 2. das Fersenbein, 3. das Schiffsbein, 4. das Würfelbein, 5. das innere große Keilbein, 6. das mittlere Keilbein, und 7. das gegen außen liegende Keilbein.

Der Mittelfuß enthält fünf Beine, die in ihrem Bau den übrigen Hülftknochen ähnlich sind, und wovon jedes die Glieder einer Fußzehe unterstützt.

Die fünf Fußzehen enthalten zusammen 14. besondere Knochen, wovon jede aus dreien, die große Fußzehe aber nur aus zweien besteht.

Von den Gelenkbeinchen und der Verbindung der Knochen unter sich wird weiter unten das nöthigste beigebracht werden.

Ubrigens können Anfänger noch aus folgenden Schriften weitausflüßigere Kenntnis in der Knochenlehre erhalten *); wer aber einen sehr genauen und vollständigen Unterricht in dieser Wissenschaft zu erhalten wünscht, und die lateinische Sprache inen hat, dem sind folgende kostbare Werke zu empfehlen **).

Von den Knochen insbesondere.

In Betrachtung der einzelnen Knochen werde ich die vorige Ordnung beibehalten, und die Knochen des Kopfs zuerst beschreiben; überhaupt aber mich nur auf das wichtigste und was einem Anfänger in der Zerlegungskunst besonders zu wissen nützlich ist, einschränken.

Das Stirnbein.

Verschiedene Namen: Kronbein, Vorderhauptbein.

Lage: am vordern Theil der Hirnschale, den man die Stirn nennt (Tab. V. fig. 1. 2. 4. 5. 6. A.).

Gestalt: oberwärts halb zirkelförmig, unterwärts aber mehr grad und von verschiedner Dicke.

Einteilung: bei Erwachsenen gewöhnlicher weise nur ein einziger Knochen; bei Kindern hingegen durch das Blattscheit (Tab. V. fig. 2. a.), oder die sogenannte Fontanelle in der Mitte bis fast herunter auf die Nase gespalten, wovon man aber bei Erwachsenen nur sehr selten eine geringe Spalte wahrnehmen kann (Tab. V. fig. 2. b.).

Gegenden: die äußere sehr glatte Oberfläche ist erhaben gewölbt, die innere ausgehöhlt; den obern Theil, wo bei Kindern die Fontanelle ist, nennt man bei Erwachsenen den Wirbel; der untere und inwendige Theil heißt die Grundfläche

* C. E. H. Knackstedts Osteologie, oder Beschreibung der Knochen des menschlichen Körpers, zum Gebrauch der sich in der Zerlegungskunst üben. Braunschweig 1781, 8. Alst. Moncos Knochenlehre u. aus dem englischen überf. durch Carl. Christ. Kraus. Leipz. 1761. 8. Geogr. Wihl. Müller XXIV. Kupfertafeln, welche die Knochen des ganzen menschlichen Körpers vorstellen. Frankfurt am Main 1749. 4. Aug. Schaar Schmidts osteologische Tabellen. Frankfurt u. Leipzig. 1754. 8. Joh. Christ. Ebedens Unterricht für die Unterwundärzte bei Armen. Berlin 1778. 8. 2te Auflage. Joh. Gottl. Walters Abhandlung von trocknen Knochen u. Berlin 1763. 8. mit Kupf.

** Bernh. Siegf. Albini Tabulae ossium humanorum, Leidae 1753. fol. max. eiusd. icones ossium foetus humani, cet. ibid. 1737. 4. Christ. Jac. Trevv tabulae osteologicae, altera columna latinae, altera germanice descripta. Norimb. 1767. fol. max. cum figg. sen. et colorat.

nii, inferior externa ad orbitas (Tab. V. fig. 4. d. d.), et partes laterales ad tempora formanda (Tab. V. fig. 1. e.) contribuunt.

Connexio: cum ossibus cranii et faciei; in summo vertice cum duobus ossibus parietalibus (Tab. V. fig. 1. H.), in parte inferiore exterius cum ossibus nasalibus (Tab. V. fig. 4. f.), porro cum maxillaribus superioribus (Tab. V. fig. 6. g.), versus fundum orbitae cum ossibus lacrimalibus (Tab. V. fig. 6. h.), tum cum cribriformi et cuneiformi, tandemque in lateribus externis cum ossibus ingualibus (Tab. V. fig. 1. i.)

Substantia: sicuti generatim in omnibus calvariae ossibus fere ubique duplex est, ex externa internaque sic dicta vitrea tabula constans, cum interspersa quadam substantia spongiosa, anatomicis Diploë dicta.

Eminentiae et excavationes externae: duae protuberantiae modicae supra orbitas (Tab. V. fig. 4. d. d.), nunc elatiores nunc depressiores, non raro quoque visu haud percipiendae, sub quibus sinus frontales reconditi sunt, ipsique margines orbitarum, sive arcus superciliaries; ut apophyses huius ossis adhuc considerantur media sive nasalis (Tab. V. fig. 4. m.), duae ad orbitae angulum internum (Tab. V. fig. 4. n. n.), duaeque ad angulum externum (Tab. V. fig. 4. o. o.) formandum, a Winslovio angulares dictae, quibus simul orbitae ipsae figurantur (Tab. V. fig. 6. p.); in unaquaque harum versus canthum externum foveola plana (Tab. V. fig. 6. q.), pro glandulae lacrimalis situ commoda; pone canthum internum incisura seu canalicula pro trochlea musculi oculi superioris obliqui, quae tamen, cum non raro cartilaginea esse soleat, in ossium mundatione abradendo deletur, saepeque disparet; excavatio insuper adest versus os temporum post apophysin orbitalem externam (Tab. V. fig. 6. r.)

Eminentiae et excavationes internae: apophysis, spina frontalis dicta, mox acuta, mox obtusa; supra quam sulcus, finem longitudinalem durae matris includens; excisura magna, quae partem planam multisque foraminibus pertusam ossis cribriformis amplectitur, foramen coecum, quia est impervium, pro insertione processus durae matris falci-formis; sinus frontales in hac regione, cranio supra orbitas terra horizontaliter diviso, apparent; ut plurimum duo, non raro plures, inveniuntur, et membrana parium pituitaria involvuntur inque nares hiant. Gravedinis sedes hic est, cuius incommoda mediante fomentatione, aqua calida aut lacte tepido parata, in momento saepe auferuntur.

Vfus: sine dubio potissimum in defensione loborum anteriorum cerebri et oculorum consistere videtur.

Ossa parietalia.

Nomina varia: ossa verticis, bregmatis, sincipitis.

Situs:

fläche des Hirnschädels, der untere äußere Theil hingegen die Augenhölen (Tab. V. fig. 4. d. d.), und die beiden Seitentheile die Schläfe bilden (Tab. V. fig. 1. e.)

Zusammenhang: mit den Schedel- und Gesichtsknochen; oberwärts mit den beiden Seitenbeinen (Tab. V. fig. 1. H.), unterwärts von außen mit den Nasenbeinen (Tab. V. fig. 4. f.), ferner mit den Oberkiebackenbeinen (Tab. V. fig. 6. g.), weiterhinein nach der Augenhöhle mit dem Thränenbein (Tab. V. fig. 6. h.), alsdenn mit dem Siebbein und Keilbein, von der äußern Seite aber noch mit den Jochbeinen (Tab. V. fig. 1. i.)

Substanz: fast durchaus gedoppelt, wie überhaupt an allen Knochen des Schädels; nemlich aus einer äußern und einer innern oder sogenannten Blastafel, zwischen welchen ein sächrichtes oder lockeres schwammichtes Wesen liegt.

Außerliche Erhabenheiten und Vertiefungen: zwei mäßige Erhabenheiten gleich über den Augenhölen (Tab. V. fig. 4. d. d.), die bisweilen stärker oder schwächer, öfters auch gar nicht zu bemerken sind, unter welchen die Stirnhölen liegen, wie nicht weniger die Ränder der Augenhölen selbst. Als Fortsätze dieses Knochens kann man noch betrachten einen Mittlern oder Nasenfortsatz (Tab. V. fig. 4. m.), zwei die zur Bildung des innern (Tab. V. fig. 4. n. n.), und zwei zum äußern Augenwinkel (Tab. V. fig. 4. o. o.) beitragen, wodurch zugleich die Augenhölen (Tab. V. fig. 6. p.) gebildet werden, in deren jeder auswärtig eine kleine flache Vertiefung (Tab. V. fig. 6. q.), um die Thränenröhre aufzunehmen; nahe am inneren Augenwinkel ein Ausschnitt vor den obern schiefen Augenmuskel, die jedoch, da sie öfters bloß von Knorpel ist, und also bei Reinigung der Knochen verloren geht, nicht immer deutlich zu sehen ist; noch ist eine Aushöhlung nach dem Schlafbein zu hinter dem äußern Fortsatz (Tab. V. fig. 6. r.)

Innerliche Erhabenheiten und Vertiefungen: ein Fortsatz, den man die Stirngräte nennt, und der bisweilen sehr scharf, bisweilen auch stumpf ist; über demselben eine Furche, in welcher der obere lange Blutbehälter des Gehirns liegt; der große Ausschnitt der den durchlöcherichten Theil des Siebbeins aufnimmt; das sogenannte blinde Loch, worin die schiffelförmige Hirnhaut sich fest setzt; auch sind in dieser Gegend die Schleimhölen der Stirne zu sehen, wenn man den Schedel über den Augenhölen in der Quere zerlegt; es sind deren zwei, öfters auch mehrere, und sind innwendig mit der Schleimhaut der Nase ausgekleidet, in die sie sich auch öffnen. Hier ist der Sitz des Stoffschnupfens, dessen unangenehme drückende Empfindung man durch Wähungen mit warmen Wasser oder Milch oft in einem Augenblick vertreiben kann.

Nutzen: ist wohl vorzüglich die vordern Theile des Gehirns und die Augen zu beschützen.

Die Seitenbeine.

Verschiedene Namen: Scheitel- oder Vorderhauptbeine.

Lage:

Situs: in cranli parte suprema et media, ita tamen, ut ad latera versus aures deorsum et versus occiput retrorsum extendantur (Tab. V. fig. 1. 6. 7. H.).

Figura: quadrilatera inaequalis, exterius fornicata et polita, interius excavata et sulcata.

Divisio: duo ossa sunt aequalia iuxta se posita.

Facies: sunt quatuor margines, ut anterior et posterior, superior et inferior, in quo incisura temporalis Winslovii.

Connexio: in vertice inter se per futuram sagittalem (Tab. V. fig. 7. I.), inferius cum ossis temporum (Tab. V. fig. 1. 6. F.), et cum ala magna sphenoidici (Tab. V. fig. 1. K.) mediante futura quadam squamosa; anterius cum ossis frontis (Tab. V. fig. 1. M.) interventu futurae coronalis, et posterius cum ossis occipitis per futuram lambdoideam (Tab. V. fig. 7. N. N.), in qua saepius illa ossicula triquetra (Tab. V. fig. 7. NB.), ab inventore Wormiana dicta.

Substantia: ex duabus tabulis cum interiecta exigua substantia diploetica.

Cavitates internae: ut plurimum levis sulcus sub futura sagittali, ad sinum longitudinalem excipiendum, lateraliter ramificationes ab arteriis durae matris impressae.

Ufus: satis magnum volumen cerebri tegit atque defendit.

Offa temporum.

Nomina varia: ossa lapidosa, petrosa.

Situs: in partibus capituli lateralibus proxime infra praecedentia (Tab. V. fig. 1. 6. F.).

Figura: aegerrime definienda, quaquaversum enim valde irregularis.

Divisio: quodvis horum ossium dividitur in duas portiones, nempe superiorem squamosam, et inferiorem petrosam.

Facies: pars squamosa externe parum convexa, interne concava; in parte vero petrosa, quae certo respectu ad formam pyramidalem triangularem accedit, notanda sunt basis, apex, et tres superficies, nimirum externa inferior, et duo internae, quarum una ad anteriora, altera ad posteriora spectat.

Connexio: superius cum ossis parietali (Tab. V. fig. 1. 6. H.), anterius cum ala ossis cuneiformis (Tab. V. fig. 1. K.), et cum ossis iugali (Tab. V. fig. 6. M.), posterius cum occipitali, inferius cum maxilla inferiori.

Substantia: portio squamosa ex duabus constans tabulis cum interiecta Diploë; portio petrosa valde dura, cavi-

Lage: am obersten Theil des Hirnschädels in dessen Mitte, doch so, daß sie zu beiden Seiten nach den Ohren und Hinterhauptbein herabwärts laufen (Tab. V. fig. 1. 6. 7. H.).

Gestalt: einem ungleichseitigen Viereck ähnlich, das auswärts gewölbt und glatt, inwendig aber ausgehöhlt ist.

Einteilung: es sind zwei gleichförmige Knochen, die neben einander liegen.

Gegenden: sind vier Ränder, der vordere und hintere, der obere und untere, an welchem der von Winslow bemerkte Ausschnitt.

